

8. ULPIANUS, lib. 8 Disputationum.

Qui status controversiam³³ patiuntur, licet revera liberi sunt, non debent per id tempus nomen militie dare, maxime lite ordinata, sive ex libertate in servitatem, sive contra petantur. Nec hi quidem, qui in genui bona fide servient. Sed nec, qui ab hostibus redempti sunt, prius quam se luant.

9. MARCIANUS, lib. 3 Institutionum.

Milites prohibentur praedia comparare³⁴ in his provinciis, in quibus militant: preterquam³⁵ si paterna eorum fiscus distrahit: nam hanc speciem Severus et Antoninus remiserunt. Sed et stipendiis impletis emere permittuntur. Fisco autem vindicatur predium illicite comparatum, si delatus fuerit: sed et si nondum delata causa, stipendia impleta sint, vel missio contingit, delationi locus non est. — § 1. Milites, si heredes³⁶ extiterint, possidere ibi praedia non prohibentur.

10. PAULUS, lib. sing. Regul'arum.

Qui excubias³⁷ palati deseruerit, capte punitur. — § 1. Sed ex causa desertionis restitus in militiam, non aliter mediis³⁸ temporis stipendum et donativa accipit, nisi hoc liberalitas principalis ei specialiter inducerit.

11. MARCIANUS, lib. 2 Regularum.

Ab omni militia servi prohibentur³⁹: aliquo capite puniuntur.

12. MACER, lib. 1, de Re militari.

Officium regentis exercitum non tantum in danda, sed etiam in obervanda disciplina constituit. — § 1. Pateraus quoque scripsit, debere eum, qui se meminerit armato praeses, parvissime commeat dare: equum militarem extra provinciam duci non permettere: ad opus privatum, piscatum, venatum, militem non mittere: nam in disciplina Augusti ita cauteret: Etsi scio, fabrilibus operibus exerceri milites, non esse alienum: vereor tamen, si quicquam permisero quod in usum meum aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatitur, qui mihi sit tolerandus. — § 2. Officium tribunorum est, vel eorum, qui exercitum presunt, milites in castro continere, ad exercitum producere, claves portarum suscipere, vigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum interesse, frumentum probare, mensuron fraudem coercere, delicta secundum suu auctoritatis modum castigare, principiis frequenter interesse, querelas commilitonum audire, valetudinarios inspicere.

13. Idem, lib. 2, de Re militari.

Milites agrum comparare⁴⁰ prohibentur in ea provincia, in qua bellica opera peragunt: scilicet, ne studio cultura militia sua avocentur: et ideo domum comparare non prohibentur. Sed et agros in alia provincia comparare possunt. Ceterum in ea provincia, in qua propter prae*lia* causam venerunt, ne sub alieno quidem nomine eis agrum comparare licet: aliquo fisco vindicabitur. — § 1. Autem, qui contra disciplinam agrum comparaverit, si nulla de ea re questione mota, missionem accepit, inquietari prohibetur. — § 2. Illud constat, hujus prescriptionis communum ad eos, qui ignominia causa missi sunt, non pertinere: quod premii loco veteranis concession intelligitur: et ideo et ad eum, qui causaria missus est, potest dici pertinere: cum huic quoque praemium prae*stat*. — § 3. Missionis⁴¹ generales cause sunt tres, honesta, causaria, ignominiosa. Honesta est, que, tempore militiae impletio, datur. Causaria⁴², cum quis vitio animi, vel corporis minus idoneus militiae renunciat. Ignominiosa⁴³ causa est, cum quis propter delictum sacramento solvit. Et is, qui ignominia missus est, neque⁴⁴ Roma, neque in sacra comitatu agere potest. Et si sine ignominia mentione missi sunt, nihilominus⁴⁵ ignominia missi intelliguntur. — § 4. Irreverens miles non tantum a tribuno, vel centurione, sed etiam a principali coerendus est: nam eum, qui centurioni, castigare se volenti, restiterit, veteres notaverunt: si viem tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum centurionis intulit, capte punitur. — § 5. Ejus fugam, qui, cum sub custodia, vel in carcere esset, discesserit, in numero desertorum non computandum, Menander scripsit: quia custodiam refuga, non militie desertor est. Eum tamen, qui carcere effracto⁴⁶ fugerit, etiam si ante non deseruerit: capite puniendum Paulus scripsit. — § 6. Desertorem, qui⁴⁷ a patre suo fuerat oblatus, in deteriorem militiam divus Pius dari jussit, ne videatur, inquit, pater ad supplicium obtulisse. Item divus Severus et Antonius eum, qui post quinquennium desertions se obtulit, depo-

^{33.} L. 29, supr. de liberali caus. — ^{34.} L. 13, in pr. inf. h. t. — ^{35.} L. 62, in pr. supr. de contrah. empl. — ^{36.} Far. L. 1, § 12, supr. ad leg. Corn. de commeat. — ^{37.} d. L. 5, § 13, — 50. d. L. 5, § 19. L. 27, supr. eod. : L. 2, C. de commeat. — ^{38.} L. 5, C. cod. — ^{39.} Immo vide L. 6, L. 7, C. qui milit. possunt. — ^{40.} L. 9, L. 14, supr. h. t. — ^{41.} L. 5, § 2, supr. de his, qui non infam. — ^{42.} L. 2, supr. h. t. — ^{43.} L. 1, § 2; L. 2, § 2; L. 8, § 5, supr. de excusis. — ^{44.} L. 4, supr. de testam. milit. — ^{45.} d. L. 2, § 2; L. ult. supr. de furib. balnear. — ^{46.} d. L. 2, § 4. — ^{47.} Ofst. d. L. 2, § 2, vers. ignominiosa. sed iungo vers. sed et si eum. — ^{48.} L. 1, in pr. supr. de effractorib. — ^{49.} L. 4, § 11, supr. h. t. — ^{50.} L.

tari jusserunt, quod exemplum et in ceteris sequi nos debere, Menander scripsit.

14. PAULUS, lib. sing. de pennis Militum.

Qui commeatus⁴⁸ spatium excessit, emansoris vel desertoris loco habendum est: habetur tamen ratio dierum, quibus tardius reversus est: item temporis navigationis vel itineris: et si se probet valetudine impeditum, vel a latronibus detentum, similique casu moras passum, dum non tardius a loco profectum se probet, quam ut occurres posset intra commeatum, restituendum est. — § 1. Arma alienasse⁴⁹, grave crimen est, et ea culpa desertionis exequatur: utique si tota alienavit: sed et si partem eorum, nisi quod interest: nam si tibale vel humerale alienavit, castigari verberibus debet: si vero loriam, scutum, galeam, gladium, desertori similis est. Tironi in hoc crimine facilius pareatur: armorumque custodi plerunque ea culpa imputatur, si arma militi commisit non suo tempore.

15. PAPINIANUS, lib. 19 Responsorum.

Ex causa desertionis notatus ac restitus, temporis, quod in desertione fuerit, impediens expungitur: quod si ratio constiterit, negue desertorem suisse apparuerit, omnia stipendia circa temporis finem rediutor.

16. PAULUS, lib. 3 Sententiarum.

Qui metu criminis, in quo jam reus fuerat postulatus, nomen militie dedit, statim sacramento solvendus est. — § 1. Miles turbator⁵⁰ pacis capite punitur.

TIT. XVII.

DE CASTRENSI¹ PECULIO.

1. ULPIANUS, lib. 14, ad Edictum.

Filiusfamilias militis si peculium apud patrem remansit, sine² testamento filio defuncto, pater ipsi heres non fit: sed tamen heres iis fit, quibus filius fuit.

2. Idem, lib. 67, ad Edictum.

Si filiusfamilias miles decesserit, si³ quidem intestatus: bona ejus non quasi hereditas, sed quasi peculium patri deferuntur: si autem testamento facto, hic pro⁴ hereditate habetur castrense peculium.

3. Idem, lib. 8, ad legem Julianam et Papam.

Si mulier filio viri militi ad castrenses vel militares forte res comparaandas, reliquerit pecuniam, utique castrensi peculio ea, quae comparantur, adnumerari incipiunt.

4. TERTULLIANUS, lib. sing. de castrensi Peculio.

Miles prae*cipua*⁵ habere debet, qua tulit secum in castra, concedente patre. — § 1. Actionem persecutionemque castrensum rerum semper filium, etiam invito patre, habet. — § 2. Si paterfamilias militis tempore, vel post missionem, adrogandum se prae*berbit*: videndum erit, ne huic quoque permissa intelligatur earum rerum administratio, quas ante adrogationem in castris acquisierit: quamvis constitutiones principales de his loquantur, qui ab initio cum essent filiusfamilias, militaverint: quod admittendum est.

5. ULPIANUS, lib. 6, ad Sabinum.

Miles filiusfamilias a commilitone⁶, vel ab eo, quem per militiam cognovit, heres institutus, et circa jussum patris, suo arbitrio recte pro he-rede geret.

6. Idem, lib. 52, ad Sabinum.

Si militi filiusfamilias uxor⁷ servum manumittendi causa donaverit, an suum libertum fecerit, videamus: quia peculiares et servos et libertos potuit habere? Et magis est, ut hoc castrensi peculio non adnumeretur: quia uxor ei [non] propter militiam nota esset. Plane si mihi proponas: Eum tamen, qui carcere effracto⁴⁶ fugerit, etiam si ante non deseruerit: capite puniendum Paulus scripsit. — § 6. Desertorem, qui⁴⁷ a patre suo fuerat oblatus, in deteriorem militiam divus Pius dari jussit, ne videatur, inquit, pater ad supplicium obtulisse. Item divus Severus et Antonius eum, qui post quinquennium desertions se obtulit, depo-

^{5.} L. 27, supr. eod. : L. 2, C. de commeat. — ^{6.} L. 13, in pr. inf. h. t. — ^{7.} L. 62, in pr. supr. de contrah. empl. — ^{8.} L. 5, C. 53, et 57. — ^{9.} L. 2, inf. h. t. — ^{10.} L. 1, supr. : L. 9, L. 14, supr. h. t. — ^{11.} L. 5, C. cod. — ^{12.} L. 19, § 23, inf. eod. — ^{13.} L. 17, supr. de manumiss. — ^{14.} L. 44, in pr. supr. de jure patronal. — ^{15.} L. 53, supr. de testam. milit. — ^{16.} L. 12, § 5, supr. de adquir. rer. domin. — ^{17.} L. 25, supr. de SC. Macedon. — ^{18.} Inst. per quas personae cunq. et per quas person. nobis. — ^{19.} Inst. quib. non est permis. facere testam. in pr. vers. ex hoc intelligere. — ^{20.} L. 19, inf. L. 1, L. 2, C. h. t. — ^{21.} L. 2, supr. de jure patronat. — ^{22.} d. L. 5, — ^{23.} L. 6, in pr. supr. de dol. mali et met. except. — ^{24.} Add. L. 8, supr. eod. — ^{25.} L. 92, supr. ad leg. Falcid. — ^{26.} L. 44, in pr. supr. de legat. 1. — ^{27.} L. 1, ult. C. de fundo dotali. — ^{28.} Add. L. 1, § 9, supr. de separat.

demabatur: quia etiam non castrensis creditoribus ex eo peculio, magis est, eum cogi respondere.

8. Idem, lib. 43, ad Edictum.

Si forte uxor, vel cognatus, vel quis alius, non ex castris notus, filio-familias donaverit quid, vel¹⁰ legaverit, et expresserit nominatum, ut in castrensi peculio habeat: an possit castrensi peculio adgregari? Et non puto. Veritatem enim spectamus, an vero castrensis notitia vel affectio fuit, non quod finxit.

9. Idem, lib. 4 Disputationum.

Proponebatur filiusfamilias miles, testamento facto, extraneum heredem scripsisse, [patre] deinde superstite decessisse: pater, deliberante herede instituto, et ipse diem functus: deinde heres instituto repudiatus. Quærebatur, ad quem castrense peculium pertinet? Dicebam, castrense peculium filiusfamilias, si quidem testatus decessit, quasi heredem deferrit heredi scripto, sive extraneum scripsit heredem sive patrem. Sed cum¹¹ nihil de peculio deferrit filius, non nunc obvenire patri, sed non esse ab eo profectum creditur. Denique si servo filii castrense libertatem pater adscriperit, moxque filius, vivo¹² patre, defunctus sit: non impeditur libertas: cum¹³ si filius patri supervixerit¹⁵, impeditur libertas. Unde Marcellus putat, necessarium quoque heredem servum filii peculiariem patri existere posse, si filio pater supervixerit. Idem referbam, et si¹⁴ rem peculiarem filii pater legaverit: nam eodem casu, quo libertatem competere diximus, legatum quoque vel debet habere, vel impeditur. Quibus ita premissis, et in proposito dicebam, cum heres non¹⁶ hereditatem, retro peculium patris bonis accessisse: unde posse dici, etiam aucta patris bona per hanc repudiationem: nec est novum, ut ex postfacto aliquis successorem habuisse videatur. Nam et si¹⁸ filius ejus, qui ab hostibus captus est, decesserit, patre captivo vivo: si quidem pater regredetur, quasi filiusfamilias peculum habetur: enimvero si ibidem pater decesserit, quasi paterfamilias legitimus habebit successorem, et retro habuisse creditur ejus successor ea quoque, quæ medio tempore filius iste quiescit, nec heredi patris, sed ipsi¹⁶ filio quiesita videbuntur.

10. POMPONIUS, lib. sing. Regularum.

Ex nota Marcelli constat, nec¹⁷ patribus aliquid ex castrenibus bonis filiorum deberi.

11. MACER, lib. 2, de Re militari.

Castrense¹⁸ peculium est, quod a parentibus vel cognatis in militia agenti donatum est: vel quod ipse filiusfamilias in militia adquisitum, quod, nisi militaret, adquisitorum non fuisset: nam quod erat et sine militia adquisitorum, id peculium ejus castrense non est.

12. PAPINIANUS, lib. 14 Quæstionum.

Pater qui dat in adoptionem filium militem, peculium ei auferre non potest, quod semel jure militis filius tenuit, qua ratione nec emancipando filium, peculium ei auferit, quod nec in familia retento potest¹⁹ auferre.

13. Idem, lib. 16 Quæstionum.

Divus Hadrianus rescriptis in eo, quem²⁰ militantem uxor heredem instituerat, filium extitisse heredem, et ab eo servos hereditarios²¹ manumissos, proprios ejus libertos fieri.

14. Idem, lib. 27 Quæstionum.

Filiusfamilias miles si captus apud hostes vita fungatur, lex Cornelius subveniet²² scriptis heredibus: quibus cessantibus, jure pristino peculium pater habebit. — § 1. Proxima species videtur, ut scriptis heredibus liberantibus, quod servus interim stipulatus²³ est, vel ab alio sibi traditum accept, quod quidem ad patris personam attinet, si forte peculium apud eum resederit: nullius momenti videatur, cum [in] illo tempore non fuerit servus patris: quod autem ad scriptos heredes, in suspeso fuisse traditio itemque stipulatio intelligatur: ut enim hereditarius fuisse creditur, post aditam sit hereditatem: sed paterna vercundia nos movet, quatenus et in illa specie, ubi jure pristino apud patrem peculium remanet, etiam adquisitio stipulacionis²⁴, vel rei tracte per servum fiat. — § 2. Legatum, quod ei servo relicturn est, quamvis tunc propter incertum nulli sit adquisitum, omissi testamento, patri tunc primum per servum adquiretur, cum²⁵ si fuisset exemplo hereditatis peculio adquisitum, jus patris hodie non consideraretur.

15. TRYPHONIUS, lib. 18 Disputationum.

[De] hereditate ab adgnato commilitone data Scavola noster dubita-

20. L. 16, in pr. inf. h. t. — ^{21.} L. 8, in pr. supr. de jure patronal. — ^{22.} L. 53, supr. de testam. milit. — ^{23.} L. 55, supr. de adquir. rer. domin. — ^{24.} L. 15, supr. de suis et collationib. — ^{25.} L. 2, supr. de collationib. Inst. quib. non est per missi facere testam. in pr. vers. ex hoc intelligere. — ^{26.} L. 19, inf. L. 1, L. 2, C. h. t. — ^{27.} L. 15, supr. de legat. — ^{28.} Add. L. 8, supr. eod. — ^{29.} L. 92, supr. ad leg. Falcid. — ^{30.} L. 44, in pr. supr. de legat. 1. — ^{31.} L. ult. C. de fundo dotali. — ^{32.} L. 1, § 9, supr. de separat.

13. Idem, lib. 53 Quæstionum.

Pater milite filio reverso, quod donat, castrensis peculii non facit: sed alterius peculii, perinde ac si filius nunquam militasset. — § 1. Si stipulanti filio spondeat, si quidem ex causa peculii castrensis, tenebit stipulatio; ceterum ex qualibet alia causa non tenebit. — § 2. Si pater a filio stipulatur, eadem distinctio servabitur. — § 3. Servus peculii, quod ad filium spectat, ab extero[si] stipuletur

bat : quia potuit, et ante notus, et amicus dare, potuit et non dare, nisi committitum caritatem auxisset : nobis ita videtur, si ante committitum factum sit testamentum, non esse peculi castrensis eam hereditatem : si postea, contra. — § 1. Sed si servus peculi castrensis a quoque sit heres scriptus, jussu militis adire debet hereditatem, eaque fiet bonorum castrensis peculi. — § 2. Filiusfamilias paganus de peculio castrensi fecit testamentum, et dum ignorat, patri se suum heredem extitisse, dedit : non potest videri pro castrenibus bonis testatus, pro paternis intestatus³³ decessisse, quamvis id in milite etiam nunc rescriptum sit : quia³⁴ miles ab initio pro parte testatus, pro parte intestatus potuerat mori : quod jus iste non habuerit, non magis, quam sine observatione legum facere testamentum : necessario ergo castrensis peculi heres scriptus³⁵ universa bona habebit, perinde ac si pauperissim facto testamento decessisset, ignorans se locupletatum per servos alio loco agentes. — § 3. Pater peculi castrensis filii servum testamento liberum esse jussit : intestato³⁶ defuncto filiofamilias, mox patre : queritur, an libertas servo competit? occurrebat enim, non³⁷ posse dominum apud duos pro solido fuisse : denique filium posse manumittere talis peculi servum³⁸, Hadrianus constituit. Et si testamento tam filii quam patris idem servus accepisset libertatem, et utrique pariter decessisset : non dubitatur, ex testamento filii liberum eum esse. Sed in superiori casu pro libertate a patre data illa dici possunt : numquid, quod utatur iure concessu filius in castrensi peculio, eousque jus patris cessaverit, — § 4. Non tamen, [si] ut heres vivo filio vindictam servo imposuit, dicatur eum post mortem intestatu filii ex illa manumissione liberum factum esse. — § 5. Quid autem, si testamentum fecerit filius, et non sit eius adita hereditas? non tam facile est dicere, continuatum patri post mortem filii rerum peculii dominium : cum medium tempus, que deliberant instituti heredes, imaginem successionis praestiterit : aliquin, etsi adita sit ab intestato hereditas filii, dicetur, a patre ad eum transiisse proprietatem : quod absurdum est, si in pendent, ut in aliis, et in hac specie habeamus dominia, ut ex facto retro fuisse, aut non fuisse patris credamus. Secundum quod difficile erit expedire, si, dum deliberant heredes, dies cesserit legati servo dati istius peculi, testamento ejus, ex quo pater nihil capere potuisse : an id ad ipsum pertineat, cum utique ad heredem filii pertineret : facilior tamen de libertate servi deliberatio est in specie, in qua intestatus filius decessisse proponitur : non est ergo ratio respondendi, competere libertatem et tempore datam, quo non fuit in dominio patris. Favorabile tamen sententiam contraria[m] in utroque casu non negamus.

20. PAULUS, lib. sing., ad Regulam Catonianam.

Sed si ponas, filium testamentum fecisse, et patrem heredem instuisse, cum utique pater testamento suo servo filii libertatem dedit, qui ad eum ex testamento filii pertinere coepit : videndum est, numquid ei comparari debeat, qui cum manumitteret, alienus erat, et inde postea³⁹ adquisitus est, sed favorable est, libertatem a patre relata admittere : et ab initio patris eum esse videri, ex hoc, quod postea congit, ostenditur.

TIT. XVIII.

DE VETERANIS⁴.

1. ARRIUS MENANDER, lib. 5, de Re militari.

Veteranorum privilegium inter cetera etiam in delictis habet prærogativam, ut separant a ceteris in peccatis : nec ad bestias² itaque veteranus datur, nec fustibus ceditur.

2. ULPIANUS, lib. 5 Opinionum.

Honesto sacramento solitus data immunitas³, etiam in eis civitatibus, apud quas incolae sunt, valeat. Nec labefacatur, si quis eorum voluntate summa honorem aut munus suscepit. — § 1. Vectigalia⁴, et patrimoniorum⁵ onera solemnia, omnes sustinere oportet.

3. MARCIANUS, lib. 2 Regularum.

Veteranis et liberis⁶ veteranorum idem honor habetur, qui et decu-

33. L. 7, infr. de reg. jur. — 34. L. 6, supr. de testam. milit. — 35. L. 13, 2 t, supr. d. t. — 36. L. 9, vers. denique supr. h. t. — 37. L. 5, 2 15, supr. commodati. — 38. L. 13, supr. h. t. — 38. L. 8, in pr. supr. de jure patronat. — 39. L. 20, supr. qui et a quib. manumis.

Tir. XVIII. — 1. Lib. 12, C. 47. — 2. L. 3, infr. h. t. — 3. L. 1, C. ed. — 4. Immo sive d. p. — 5. L. 7, infr. de vacat. — 6. L. 2, C. de munerib. patrimon. — 6. L. 5, C. de p. — 7. L. 9, 2 11; L. 28, 2 5, supr. d. t. — 8. d. L. 9, 2 11. — 9. L. 2, supr. h. t. — 10. Add. L. 7, C. de sacros. eccles.

Tir. I. — 1. Lib. 10, C. 65. — 2. Lib. 10, C. 59. — 3. L. 7, C. de incolis. — 4. L. 228, infr.

rionibus⁷. Igitur nec in metallum⁸ damnabuntur, nec in opus publicum, vel ad⁹ bestias, nec fustibus ceduntur.

4. ULPIANUS, lib. 4, de Officio proconsulis.

Viae¹⁰ sternende immunitatem veteranos non habere, Julio Sossiano veterano rescriptum est. Nam nec ab intributionibus, que possessionibus fiunt, veteranos esse excusat, palam est. — § 1. Sed et naves eorum angariari possunt, Aelio Firmo et Antonino Claro veterani rescriptum.

5. PAULUS, lib. sing. de Cognitionibus.

Veteranos, D. Magnus Antoninus cum patre suo rescrispit, a navium fabrica excusari. — § 1. Sed et ab exactione tributorum habent immunitatem, hoc est, ne exactores tributorum constituantur. — § 2. Sed veterani, qui passi sunt in ordinem legi, muneribus fungi coguntur.

LIBER QUINQUAGESIMUS.

TIT. I.

AD MUNICIPALEM, ET DE INCOLIS².

1. ULPIANUS, lib. 2, ad Edictum.

Municipem aut³ nativitas⁴ facit, aut manumissio⁵, aut adoptio⁶. — § 1. Et proprie quidem municipes appellantur muneris participes, recepti in civitate, ut munera nobiscum facerent : sed nunc abusive municipes dicimus, sua coiisque civitatis cives : utputa Campanos, Puteolanos. — § 2. Qui ex duobus igitur campanis parentibus natus est, Campanus est. Sed si ex patre campano, matre puteolanica, aequa municipes Campanus est⁷ : nisi forte privilegio aliquo materna origo censeatur : tunc enim materna originis erit municipes. Utputa⁸ Iliensis concessum est, ut qui matre Iliensi est, sit eorum municipes. Etiam Delphis hoc idem tributum et conservatum est. Celsus etiam referit, ponticus ex beneficio Pompeii Magni competere, ut qui pontica matre natus esset, Ponticus esset : quod beneficium ad vulgo⁹ quæsitos solos pertinere quidam putant : quorum sententiam Celsus non probat : neque enim debuisse certi, ut vulgo quæsitus matris conditionem sequeretur : quam¹⁰ enim aliam originem hic habet? sed ad eos, qui ex diversarum civitatum parentibus orirentur.

2. Idem, lib. 4 Disputationum.

Quotiens filiusfamilias voluntate¹¹ patris decurio creatur, universis muneribus, que decurioni filio injunguntur, obstrictus est pater, quasi fidejussor pro filio. Consensu autem pater decurionati filii videtur, si praesens nominationi non¹² contradixit. Proinde, quidquid in republica filius gessit, pater, ut fidejussor, præstabit. — § 1. Gestum autem in republica accipere debemus, pecuniam publicam tractare, sive ergandam decernere. — § 2. Sed et si curatores operum, vel cuius alterius reipublica creati: tenebuntur. — § 3. Sed et si successorem sibi nominavit, patrem obstringit. — § 4. Sed et si vectigalia [publica] locavit, pater erit obstrictus. — § 5. Sed si filius tutors dare non-curaverit, vel minus idoneo elegerit, nec¹³ satis exegerit, vel non idoneum acceperit : ipse quidem qui sit obstrictus, nulla dubitatio est : pater vero ita demum obligatur, si et fidejussores solent hoc nomine obligari : sed non solet¹⁴: hoc enim et relatum et rescriptum est : quia fidejussores reipublicam salvam fore promittunt : reipublicæ autem nihil, quod ad rem pecuniarium attinet, interest, pupillis tutoris dari. — § 6. Is, qui ultra committat abest, vel ultra formam committat datum, ad munera vocari potest.

3. Idem, lib. 28, ad Sabinum.

Placet etiam, filiosfamilias domicilium habere posse :

4. Idem, lib. 39, ad Edictum.

Non utique ibi, ubi pater habuit, sed ubicunque¹⁵ ipse domicilium constituit.

de verb. sign. 2 2, infr. h. l. — 5. L. 6, in fin. ; L. 7, infr. h. t. — 6. L. 15, in fin. ; L. 16, L. 17, 2 9, infr. eod. — 7. L. 44, C. de decurion. ; L. 5, C. de municipib. — 8. Add. L. 22, C. de decurionib. — 9. L. 19, supr. de statu homini. — 10. L. 24, supr. d. t. — 11. L. 22, 2 6, supr. famil. ericse. ; L. 7, infr. de admin. rer. ad civit. pertin. — 12. L. 7, 2 fin. supr. de decurion. L. 1, C. de filiafam, et quemadmodum lib. 10, tit. 60. — 13. L. 5, in fin. supr. de peculio : L. 1 in fin. supr. de magistr. conven. — 14. L. 17, in fin. infr. h. t. d. L. 1, in pr. ; L. 63, in pr. supr. de fidejuss. ; L. un. C. de periculo eorū qui pro magistrat. — 15. L. 51, infr. h. t.

8. PAULUS, lib. 48, ad Edictum.

Labeo judicat, eum, qui pluribus locis ex aequo negotietur, nusquam domicilium habere : quosdam autem dicere refert, pluribus locis eum incolam esse aut domicilium¹⁶ habere : quod verius est.

6. ULPIANUS, lib. 2 Opinionum.

Adsumptio originis, qua¹⁷ non est, veritatem nature non permit : errore enim veritas originis non amittitur : nec mendacio dicentes, se esse, unde non sit, depontur : neque recusando sibi patrem, ex qua oriundus est, neque intendendo de ea quam non habet, veritatem mutare potest. — § 1. Filius civitatem, ex qua pater ejus naturalem originem ducit, non¹⁸ domicilium sequitur. — § 2. Viris prudentibus placuit, duobus¹⁹ locis posse aliquem habere domicilium, si utrobius ita se instruxit, ut non modo apud alteros se colloccasse videatur. — § 3. Libertini originem patronorum²⁰ vel domicilium sequantur : item qui ex his nascentur.

7. Idem, lib. 5, de Officio proconsulis.

Si quis a pluribus manumissus sit, omnium patronorum originem sequitur.

8. MARCIANUS, lib. 1, de Judiciis publicis.

Non debere cogi²¹ decuriones viuis prestare frumentum civibus suis, quam annona exigit. D. fratres rescriperunt, et alii quoque constitutionibus principibus id cautum est.

9. NERATIUS, lib. 5 Membranarum.

Ejus, qui justum patrem non habet, prima origo a matre²², eoque die, quo ex editus est, numerari debet.

10. MARCIANUS, lib. singul. de Delatoribus.

Simile privilegium fisco nulla civitas habet in bonis debitoris, nisi²³ nominatum id a principe datum sit.

11. PAPINIANUS, lib. 2 Questionum.

Imperator Titus Antoninus Lentu vero rescrispit, magistratum officium individuum, ac periculum esse commune : quod sic intelligi oportet, ut ita demum college²⁴ periculum adscribatur, si neque ab ipsis, qui gessit, neque ab his, qui pro eo intervenerunt, res servari possit : et solvendo non fuit, honore deposito, aliquo si persona, vel cauto sit idonea, vel²⁵ solvendo fuit, que tempore conveniri potuit : unusquisque in id, quod administravit, tenebitur. — § 1. Quod si forte is, qui periculo suo nominavit magistratum, solvendo sit : utrum in eum prius actio reddi, quasi fidejussore debeat : an vero non alias, quam si res a collega servari non potuerit? sed placuit fidejussoris exemplo priorem²⁶ convenientum, qui nominavit : quoniam collega quidem negligenter ac pœna causa, qui vero nominavit, fidei ratione convenitur.

12. Idem, lib. 1 Responsorum.

Et ei contra nominati collegam actionem utilem dari non oportet.

13. Idem, lib. 2 Questionum.

Quid ergo, si alter ex magistratibus toto anno auferit, aut forte praesens per contumaciam, sive ignavia, vel aegram valitudinem, reipublicæ negotia non gessit, nec omnia collega solus administraverit : nec tandem tota res ab eo servari possit? talis ordo dabatur, ut in primis²⁷, qui reipublicæ negotia gessit, et qui pro²⁸ eo caverunt, in solidum conveniantur : mox, peractis omnibus periculis, agnoscat, qui non idoneum nominavit: postremo alter ex magistratibus, qui reipublicæ negotia se non immiscerit. Nec justi, qui nominavit, universi periculum recusavit : cum scire deberet, eum, qui nominaretur, individuum officium, et communem periculum suspecturum : nam et cum duo gesserint, et ab altero servari, quod debetur, non potest : qui collegam nominavit, in universo convenitur.

14. Idem, lib. 48 Questionum.

Municipes intelliguntur scire, quod sciunt hi, quibus summa reipublicæ commissa est.

15. Idem, lib. 4 Responsorum.

Ordine decurionum ad tempus motus, et in ordinem regressus, ad hoc decretum: L. 17, C. de rescind. vend. — 33. L. 17, 2 9, infr. h. t. ; L. 55, supr. L. 7, C. de adopt. — 34. L. un. C. de libertin. — 35. L. 15, 2 8, supr. de injur. — 36. L. 18, d. 17, 2 11. — 37. L. 5, in fin. supr. ; L. 27, 2 2, infr. eod. — 20. L. 22, in pr. ; L. 27, in pr. infr. h. t. ; L. 1, C. de decurion. — 38. L. 2, C. de municipib. — 39. L. 15, in fin. supr. h. t. ; L. 1, C. de decurion. — 40. L. 6, in pr. supr. eod. — 41. L. 5, L. 4, L. 6, 2 1, supr. eod. — 42. L. 7, in pr. infr. de monerib. — 43. L. 25, supr. h. t. ; L. 4, C. de monerib. — 44. L. 2, 2 5, supr. h. t. ; L. 1, in pr. supr. de magistr. conven. — 23. L. 57, supr. de reb. auctor. judic. ; L. 2, C. de iure reipubl. — 24. L. ult. 2 8, inf. de admin. rer. ad civit. pertin. — L. 1, L. 3, C. quo quisque ordine convenit. — 25. L. 28, 2 1, C. de probat. — 26. L. 15, infr. h. t. ; L. 2, L. 3, C. quo quisque ordine convenit. — 27. L. 2, 2 28. L. 11, in fin. supr. h. t. — 29. L. 5, in pr. ; L. 5, infr. de decurion. — 30. L. 1, 2 4, in fin. supr. de SC. Turpil. — L. 15, 2 1, C. de decurionib. — 45. L. 14, 2 5, inf. de monerib. — 46. L. 5, C. de assessorib. — 47. L. 16, 2 4, supr. quod conjuncte universit. L. 5, inf. de ordine ab ordinis fac. ; L. 45, C. de decurionib. — 48. L. 16, 2 2, inf. de verb. sign. — 51. L. 1, C. de perfic. nominator. — 52. L. 1, C. de pred. decur. sine

notem exemplo relegati tanto tempore non admittitur, quanto dignitate caruit : sed in utroque placuit examinari, quo crimen dannati sententiam ejusmodi meruerunt : durioribus etenim penit affectos, ignominia, velut transacto negotio, postea liberari : minoribus vero, quam leges permitunt, subjectos nihilominus inter infames haberi : cum factis quidem questio sit in potestate judicantium, juris autem auctoritas non sit.

— § 1. In³¹ eum, qui pluribus locis ex aequo negotietur, nusquam domicilium habere : quosdam autem dicere refert, pluribus locis eum incolam esse aut domicilium¹⁶ habere : quod verius est.

6. ULPIANUS, lib. 2 Opinionum.

Adsumptio originis, qua¹⁷ non est, veritatem nature non permit : errore enim veritas originis non amittitur : nec mendacio dicentes, se esse, unde non sit, depontur : neque recusando sibi patrem, ex qua oriundus est, neque intendendo de ea quam non habet, veritatem mutare potest. — § 1. In³¹ eum, qui pluribus locis ex aequo negotietur